Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



197

vel conjuncti, cum omni paterna, et materna hereditate, et successione, et neuter eorum debet inhibere, scilicet Dominum Electum, et Dominus Comes Tyrolensis, si Ministeriales unius contrahere voluerint cum aliquibus masculini, et foeminini sexus matrimonialiter cum Ministerialibus alterius. Ad hoc laudaverunt, et promiserunt, quandocunque unus fuerit ab alio requisitus, de divisione aliquorum, vel aliquarum Ministerialium, quod tunc infra spatium unius mensis proximi secum dividere teneatur. Dominus Wetherus de Schenckinberc non est in laudamento et instituto isto, si vero Dominus Comes petit justitiam et rationem a Domino Egnone Electo de ipso Domino Wethero, S. Justitiam debet de eo exhibere, et si Dominus Electus (requisitus) non fuerit, tamen statutum suprascriptum minime violabit. Neuter etiam ipsorum assumere debet sibi, aut usurpare ministeriales alterius, nec cum voluntate sua. Praeterea Dominus Electus debet infeudare ducem Meraniae, et Comitem Tyrolensem de feudis eorum indivisim, prout prius infeudati fuerunt, cum omnibus suis pertinentiis, excepta Advocatia Brixinensi, quam unus eorum tantum de consensu alterius, et voluntate debet habere in feudum tempore vitae suae, defuncto illo alter succedit ipsi Advocatiae jure hereditario, et dicti Domini scilicet Dux Meraniae, et Comes non debent alienare ipsum feudum ab Ecclesia calumniose exceptis suis haeredibus, et non solum ab ipso Electo hoc debet inviolabiliter observari, sed et ab omnibus successoribus suis. Et idcirco Dominus Comes prosc, et Domino Duce Meraniae promisit dare et solvere septingentas Marcas argenti ad gratiam suam scilicet medietatem hinc ad proximum festum Purificationis S. Mariae, et aliam medietatem ejusdem pecuniae deinde ad Annum, et illa gratia supradicta secutat ad Comitem Hermannum de Orlenburc. Item statutum est, et similiter promissum, quod Castra edificata ex utraque parte in pretio destrui debent hinc ad proximam Octavam Pascae resurrectionis Domini vel prius, videlicet Castrum Wernberti de foreis et castrum in volnes, quod dicitur Vitrol, quod construxit Hugo de Velturnes et fratres de Tyse, et Castrum Domini Hainrici de Gruedune, quod dicitur Vrsenbere, deinde Castrum in Monte S. Anastasiae, quod edificavit Dominus Vlricus de Kesene, et Castrum in Wibtal, quod dicitur Sprechendenstain, et Spelunca (Lueg) in Sylva ex ista parte Mataray, et Castra praenominata destructa amplius redificari non debent, et quod (Cl. quoad) dictum castrum in monte S. Anastasiae remanebit indestructum, tamdiu Sprechendenstaine Dominus Comes destruere non tenetur, sed destructo castro Domini Ulrici de Kesene Comes Castrum illud in Sprechendenstaine statim destruere tenetur. Et si quis eorum Ministeri-

/de cetero